I. INDEX
GEOGRAPHICO-MYTHOLOGICO-HISTORICVS.

A.

Acanthis, nomen lenae poeticum, in quam tota elegia 5 libri 4 conſcripta eſt. a gr. ἄκανθα ſpina v. 61

Acca ſoror. Galli 1, 21, 6

Achaemeniae ſagittae, Perſicae ab Achaemene, a quo Perſarum reges oriundi ſunt. Medos ac Parthos arte ſagittandi nobiliſſimos fuiſſe, peruulgatum eſt 2, 13, 1

Achaïa, Graecia, tulit multas formas 2, 28, 53. cf. Homer. Iliad. γ. v. 75

Achelous fluu. Epiri, Aetoliam ab Acarnania diuidens. Amauit Deianiram, etiam ab Hercule amatam, de quorum certaminibus vid. Ouid. Metam. 9. v. 9 ſqq. in quo certamine alterum e cornibus Acheloi fractum fuit. Vocatur Aetolus 2, 34, 33. Conſule de cornibus fluu. Harleſ. ad Ouid. Tr. 4, 2, 42

Acheron fluu. inferorum 3, 5, 13

Achilles, Pelei ac Thetidis filius, amicus Patrocli nobiliſſimus. Superis teſtatur Menoetiaden 2, 1, 37. i. e. Patroclum Menoetii filium. deſertus abrepta coniuge 2, 8, 29. eum exanimum amplectitur Briſeis 2, 9, 9. vis eum non exemit morti 3, 18, 27. eius pectus tanquam proaui ſimulat Perſes, rex Maced. 4, 11 (al. 12.) 39

Achilleus cothurnus 2, 34, 41. eſt genus ſcribendi, quaſi Homerus in cantando Achille vſus eſt. vide Broukh. ad l. c.

Achiui, Graeci, fracti in littore 2, 8, 31. ignaros luctus populauit 3, 18, 29

Acron, onis vel ontis, Caeninenſium rex, cui Romulus trucidato ſpolia opima detraxit. vocatur Caeninus 4, 10 (al. 11) 7. Herculeus v. 9. vel ob fortitudinem, vel quia genus ſuum ad Herculem referebat. victima corruit Ioui v. 15.

Actius et *Actiacus* ab Actio dicitur, oppido et promontorio Epiri, notiſſimo et celeberrimo Auguſti victoria. Actius Phoebus 4, 6, 67. ita dicitur, quoniam illic in eius honorem templum ab Auguſto fuit exſtructum vel inſtauratum. Cf. Ruaeum et Heynium ad Virg. Aen. 3, v. 274. Harleſ. ad Ouid. Triſt. 3. El. 1. v. 41. Actia littora 2, 34, 61. aequora 2, 16, 38. monimenta 4, 6, 17. roſtra 2, 1, 34. Actiacum mare 2, 15, 44. Vide et Cellar. Notit. Orb. Ant. lib. 2. c. 13. T. I. p. 1101.

Admeti coniux 2, 6, 23. Alceſte, quae maritum, cuius armenta Apollo pauerat (Hom. Iliad. β. 766.) tantopere dilexit, vt, cum ei Apollo a Parcis veniam effugiendae mortis impetraſſet, ſi quis alius pro eo mori vellet, aliis conditionem recuſantibus, mortem pro marito ſubiret, eidemque mox ab inferis redderetur. Extat fabula Euripidis in hanc rem, cuius inprimis actum primum, praeparationes ad mortem continentem, miratur Popius ad Hom. Iliad. β. Tom. I. p. 125.

Adonis filius Cinyrae, Cypriorum regis, ex filia Myrrha, Veneris delicium. Adonem niveum percuſſit aper 2, 13, 53. notum ex Ouid. Metam. lib. 10 fin. et Theocriti Idyll. 30

Adraſtus rex Argiuorum Polynicis ſocer et vnus de 7 illis ducibus, qui ad recuperandas Polynici